

Quid peccatores, nisi nos? Idem in Psalmo penitent. 50. Non sunt tales tenebræ noctis, quales illæ sunt, quæ de confusione veniunt peccatorum. Sanctus Chrysol. sermone 3. Quid peccatum dixerim: nisi tenebras, per quod intellectus noster obtunditur, & obumbratur; ne veritatis lumen aspiciat. S. Laur. Just. ligno vitæ de virt. fidei c. 1. Tentatio diabolica noctem ingerit; inspiratio divina diem facit. Toties yero noctis tenebras incurrimus, quoties per ignorantiam, vel per malitiam peccamus, Richardus ad S. Vict. l. de verbo incarnat. c. 14.

S. XIV.

Peccator obnoxius infamæ, proditur.

Similitudines.

A Perierunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Pl. 21. 14. In hoc leone, qui primum rapit, tum rugit, sceleris imago adumbrata: non enim perstrepat, cum prædatur; sed cum rapitur. In silentio peccas; sed non tacebis iniquitas, cum te prostraverit. Cain Gen. 4. 8. clam occidit fratrem: nullus homicidii testis, nullus iudex: in agrum exiit; ut secreta fessit. Sed, patratu sceleris, ipse sanguis inique profusus clamare cepit de terra, David qui non egit, ut scelus occultissime peractum obtegeret; adhuc prædicatur super tecta. Ut fulmen non ante, sed post stragem, perstrepat; ita flagitia tonant, cum foverint. An non in mari occultissime mergentis; ad immum usque descendis; ubi vero perieris, ab imo ad summum egredieris; ut, qui nullo teste periisti, teste Mundo perieris cognoscaris; prostrabit cadaver, qui demersus est vivens. Quid? quod etiam in corde tuo leo rapit fies rugitus; sed, ut tapuerit, in horrendam vociferationem erumpit. Tam occulte sol est sterquilino elevat vapores, ut à nullo viliis rapina deprehendatur. Sed coacta in nubem præda, nubibus, imbribus, fulguribus, tonitruis vaporem; futurumque prædicat. Oliva l. 11. Strom. §. aperuerunt super me os tuum &c.

Defoliarunt enim, Luc. 10. 36. Denudant, priusquam vulnere; ut & innocentia, & fama, eodem temporis puncto, se privati peccator intelligat. Frustra ergo occultant speras; quæ clam flagitia patras. Oliva l. 13. Strom. hic.

Candelam extinctam fœtor validus committitur; peccatorum infamia, Berengarius similitud.

Exempla, & rectus.

Ex Veteri, & Novo.

Confuerunt folia fœni. Gen. 3. 7. Primi peccatores, ut pudorem peccati tegant, confugiunt ad folia fœni; quæ potius nota; & signa peccati fuerunt, quam velamen. S. Basilus Seleuc. tales demonis sunt machinationes; cum voluptate fruatur, & accusat pendendum in modum: ad ruinam impellit; & cadentes publicis ignominia notis signat. Baeca t. 3. l. 13. c. 1. §. 7.

Sin autem egeris malis; statim in foribus peccatum aderit. Gen. 4. 7. Hugo Victorinus hic: peccatum, quod est in foribus, ut exeat, prava voluntas est; quæ non potest celari, quin aliquando exeat, & appareat aliquo signo. Ibidem.

Quidquid masculini fœtus natum fuerit; in flumen proiecit. Ex. 1. 22. ut sic latenter omnium sanguinem effunderet. Ex. 7. 20. in poenam elevans Aaron virum percussit aquam fluminis coram Pharaone, quæ usque est in sanguinem. Theodoretus q. 29. in Ex. flavus ille mutatus in sanguinem conquevitur de coede puerorum. Aquæ rubentes ejus levitatem accubant, & scelus coram populo divulgabant. Castillo Illat. 116.

Tu fecisti absconditæ. 2. Reg. 12. 23. David tam solerter culpam absconderat; ut famæ securissimum viveret: persuasus, facinus notum esse uni domestico, quem miserat ad matronam. Sed adeo non tecta est lascivia regii lecti spario; ut in totam Palestinam divulgata sit, & omnes populos Judææ; immo & ad eos, qui Israël Deo maledicebant: quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini. Ecce quod pervenit illud: fecisti absconditæ. Non juvit ad occultandum fides domesticæ, mulieris deceptæ silentium, occisi sepulchrum, conclavis unius parietes, nec sollicitudo tegis. Oliva t. 3. conc. 23. de Imm. Concept.

Ingrate vocis Jeroboam; quare aliam te esse simulat; ego autem vocis sui ad te durnis unctus. 3. Reg. 14. 6. Latere non potuit regna; licet officiarie simillior, quam regina. Ea est improbitas virulentia; ut regi nequeat. Sicut arces tinctinabulis Pontifex. Ex. 28. 34. 35. nocebat templi adyta ingressurus; ita fœteris proditur tinctinabulis pravitas animi; quæ silens quoque vocalis est, & in probum suum, non sonora tantum, sed & strepera. Oliva D. 2. Quadr.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde; tota die constituebant prælia. Pl. 139. 3. Viden, ut abstrusum præcordis scelus ita erumpat; ut belli se fragoribus prodit: explicite signis accessit se non faceret solum, sed reboet. **Attulerunt linguas suas**

sicut serpentes. v. 4. Solus serpens linguam semper vibrat: animantes reliquis, licet feræ, raro rictum deducunt. Linguam serpens eventilat: quasi absconditam pestem vel inivius prodere cogatur. Id. ib.

Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus; dolores parturientiæ venient ei. Os. 13. 12.

David autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriah. Matth. 1. 6. Nihil ita procuravit David, quam ne conceptum cum Bethsabea scelus detegeretur, & usquam non emineret. Nam hic quoque, ubi ex nupta jam sibi fœmina Salomonem genuit, Urias erumpit; nunquam satis oppressus, & nunquam non paratus patrat à Davide criminis, aut delator, aut vindex. Oliva lib. 6. Strom. §. David autem genuit &c.

Va pugnabitur Os. Matth. 24. 19. Eulch. Emis. prægnantes sunt illæ animæ, quæ per hypocrisis peccata sua abscondere volunt. Gravidæ non potest dissimulare uterionus. Did. Nyll. D. 5. Quadr. §. 1.

Peccavi, tradens sanguinem iustum. Matth. 27. 4. Drogo Ost. de Pass. Quid fecerat in oculo, patrum omnibus innotuit. Quid non fecit Judas; ut suum celaret scelus? oris amicabile osculo cordis virus celabat; sed, loquente nemine, seipsum prodidit, Castillo Illat. 117.

S. XV.

Peccator deserit ad Deum, Deum deserit.

Ex Veteri.

Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso. Gen. 3. 8. Dion. Carth. Deus deambulavit; quasi suo motu designans, se recessisse ab eis, in quibus ante per gratiam mansit.

Dimitte me non dimittam te. Gen. 32. 26. Rupertus l. 8. in Gen. c. 6. Jacob cum Deo luctatur, & victor benedictionem extorquet; quasi invito, & nolenti, ac dicenti: **dimitte me;** quia videlicet sic futurum erat; ut comminaretur Deus, sese à femine ejus recedere, propter peccata ejusdem gentis rebellis, & incredulæ. Hinc lucrum meditantem stringit manibus, brachius ligat, devinct lacrymarum nexibus. Arcones in Il. t. Diis. 4.

Quare ergo non timuisti detrudere servos meos. Moysi? tratuque contra eos abiit; nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum. Num. 12. 8. 9. &c. Magna ira, quod ab Aaron, & Maria, fugiat Deus, & nubes protectionis à tentorio recedat. Id. ib.

Arca Dei cum Dagon non sociatur. 1. Reg. 5. 3. nec Christus cum diabolo; nec virtus cum vitio. Mendoza hic Amot. 16. lect. 1.

Quid interrogas me? cum Dominus recesserit à te. 1. Reg. 28. 16. q. d. quid belli exitum habere cupis exploratum? cui, ut se Deus subtraxit, ita feliciter nihil evenire potest. Seu enim victus occumbas; quid victoriam jacturam cures, qui Deum perdidisti? Seu triumpho potiaris; quid magnum relictas à Deo desultus? Quicquid tibi finitum accidat, minus malum erit quam, quod te maxime premit; Dei derelictio. Did. Nyll. D. 12. Pent. §. 5.

Hæc dicit Dominus: vos reliquistis me; & ego reliqui vos in manu Seseac. 2. Paral. 32. 5.

Si qualiteris eum (Dominum) invenieritis; si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. 2. Paral. 15. 2.

Dominus ne declinet in ira à servo tuo. Pl. 26. 9. O sanctum timorem! quo Deum, etiam iratum, à se declinare metuebat: equidem dum adest Deus, non debet esse timori etiam divina ira: unum solum timendum malum; ne Deus abest, nec ab ejus præsentia excidamus. Baeca t. 1. l. c. 2. §. 1.

Quis dat nivem sicut lanam Os. Pl. 147. 16. Videmus nivem, nebulam, crystallum: bonum est; ut ille spirat, & solvat; si enim ille non spiraverit, si non ipse duritiem glaciæ hujus dissolverit; ante factum frigidus ejus Os. Cujus? Dei. Unde est ejus frigus? ecce deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce non aperit sentium, ecce non infundit gratiam. S. August. hic.

Va sibi! Eccl. 4. 10. Solus namque est, qui à Deo relinquitur. Hunc certe cadentem nullus erigit; qui relictum à Deo sanctorem aliquis non assumit. S. Greg. in 1. Reg. 10.

Vivemus in conspectu ejus. Os. 6. 3. Abstrahatur Deus; fugam cum ipso accipiente vita mors premet delinquentem. S. Hieron. vivemus in conspectu ejus, qui illo absente mortui jacebimus. Efcobar t. 2. Perf. Chr. l. 11. lect. 3. Obi. 2.

Va eis! cum recessero ab eis. Os. 9. 12.

Ex Novo, & Patribus.

Ecco relinquetur vobis domus vestra deserta. Matth. 23. 38. Quare deserta, quia deseruit. Inhæret nobis Deus, si sibi adhaerimus. Neque portus, & civitates deserunt naves; immobiles enim sunt; sed versa vice naves vento commissa; aut remis agitate recedunt. Sim. Cass. l. 8. c. 37.

Ego sum vitis, vos palmites. Joan. 15. 5. Unum est duobus pal-

palmiti congruit, aut vitis, aut ignis. In vite non est, in igne erit: ut ergo in igne non sit, si in vite sit. V. Beda in Joan. 13.

Si quis in me non manserit, mittetur foras Os. Joan. 15. 6. O tremenda sententia! d horribitas minas penas! Nimirum mitti foras extra Ecclesiam, extra Dei protectionem, & curam, & extra meritum Christi participationem: quia in eo per charitatem manere noluerunt. De Ponte in Cant. 2. Exh. 19. §. 3.

Quæ facis, fac civitas. Joan. 13. 27. S. Ambros. l. 2. de Abel, & Cain cap. 4. ut, quia introjerat in illum Sathanas, ipse à Christo abiret. Ejecit itaque, & excludit: eò quod jam cum Domino Jesu esse non possit; quia cœperat esse cum diabolo. Nulla enim communicatio Christi ad Belial.

Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus diabolum: si peccaverimus, & per peccatis janam ingressus fuerit diabolus; protinus Christus recedit. S. Hier. l. 2. advers. Jovin.

Quocumque iero, tu me Domine non deseris; nisi prior ego te deseram. S. August. folioq. c. 14.

Nunquam prius Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. S. August. l. 1. ser. 4. D. 3. Quadr.

S. XVI.

Peccator est vilis, pulvis terræ, &c.

Ex Veteri.

Pulvis es. Gen. 3. 19. Sicut de protoplasto, qui legem transgressus est, gloriam, quæ tegebatur amisit; mortisque poenæ obnoxius fuit factus, dicebat: terra es, & in terram ibis: ita & hic, quia plurimum invaluerant peccata, inquit: **corrupta erat terra.** S. Chrysol. hom. 23. in Gen.

Videntes filii Dei Os. Gen. 6. 2. Filii Dei vocantur hic filii Seth, ob sanctitatem. Ita S. Chrysol. Cyrillus, Rupertus, Hilarius. Secundo est phœnix Hebræa: Hebræi omnia fortia, magna, egregia, dicunt esse Dei: montes Dei, cœdi Dei. Sic vocatur filii Seth: quia robusti, viribus forma, statura eximii. E contra filii, & filie Caini vocantur filii, & filie hominum: quia erant perversi, & terræ affixi. Corn. hic.

Adhucant ad te videram rufam. Num. 19. 2. Rufus, sive sanguineus color, symbolum est peccati. Significabat rufa vacca, peccatorem reum esse sanguinis; & mortis; aque ac combustionis in igne gehennæ: hæc enim vacca comburebatur. Cornelius hic.

Tangam pulvis. Pl. 1. 4. Hic notantur tria sub uno membro; quæ faciunt hominem miserum. Primum est inconstantia: quia, sicut pulvis est levis, & mobilis; sic peccator, Secundum ariditas. Tertium sterilitas. Hugo Card. hic. Peccator pulvis, quia multi. 2. Reg. 1. 21. **Montes Gelboe Os.** quia viles. Jer. 2. 36. **quam viliis facta es, nimis iterans vias tuas.** Hugo Card. in Pl. 29. 4.

Capilli tui sicut gazæ captivum. Cant. 4. 1. Hæc capillorum laus intelligenda, quæ capiti tuo inveniatur: cum ab eo separantur, non amplius crescant, nec altificantur, & omnis laus vertitur in contrariam ignominiam: quod enim altiores habebant locum, tanto viliores postea fontantur; cum nituntur in sterquilinum, & conculantur. De Ponte hic l. 7. Exh. 2. §. 4.

Si non peccaturimus scimus, quoniam apud te summus computat. Sap. 15. 2. Dicuntur boni esse computati; sicut dilecti; & electi: & bene possunt computari, quia pauci. Mali autem non computantur à Deo: sicut nullus computat monetam reprobatam. Jer. 6. 30. **argentum reprobatum unctis eis.** S. Bonavent. hic.

Descende, sede in pulvere filia Babylon, sede in terra. II. 47. 7. Ita & Jerusalem nostra quoties in confusionem peccatorum venerit, non est eis solum, neque thronus, neque ulla dignitas celsitudinis; sed in terræ pulvere sedere jure perhibetur. S. Paschas. l. 1. in Thir. 1.

Ollam succentam ego videro. Jer. 1. 13. Anima peccatrix dicitur olla; propter concupiscentiæ fervorem, propter maculam nigredinem. Nahum 2. 10. **facies omnium sicut nigredo ollæ.** Et prædicta olla succenditur igne inordinati amoris, iræ, & contentionis. S. Thom. Aqu. hic.

Quomodo obcuratum est aurum. Thren. 4. 1. Anima se jure deploret; & fuit prius per fontem Baptistini nive candidissimæ dealbata; per insufionem Spiritus S. auro pulchris colorata: nunc verò; aut hæresi infecta; aut vitio; & sceleribus, obfusca. S. Paschasius hic.

Ex Novo, & Patribus.

Digitis scribetur in terra. Joan. 8. 6. ad significandum, quod ipsi, & omnes mali, in terra scribuntur in terra, non in cœlo. Hug. Card. hic.

Peccatum hominem parvum facit, & exiguum: virtus eminentem præstat, & magnum. Sicut enim ægritudo corporis exile, & exiguum facit corpus hominis; sanitas ve-

ro lætum reddit; & validum, ita intellige; quia & animam ægritudo quidem peccati humilem facit, & parvam; sanitas verò interioris hominis magnam. Origenes homil. 12. in Levit.

Ubique in Scripturis sanctis legitur, habitator, aut habitator terra; si priora, & sequentia spectemus; liquidò Scripturarum poterit comprobari hæc regula; plurimum habitatores terræ peccatores appellari. Sanct. Hieron. epist. ad Dardanum.

Innocentia decepturos alimenta ex arboribus, adhuc sibi bene conficos homines, ad superna subvehit: & commissum delictum, ad conquistanda frumenta, homines terræ, soloque deiecit. Tertull. ep. de cibis Judaicis.

Nihil est viro vilis (est rex fit) quando est vitio deditus, quemadmodum nihil est vel captivo regalium, ac magnificentiis; quando virtutem possederit. S. Chrysol. in Pl. 6. 8.

Jacemus in vitis, & jacemus oppressi: itamque cum bonis operibus erigunt ad profectum. S. Chrysol. l. 5. 4.

Homo, quare tibi tam vilis es, qui tam pretiosus es Deo; quare sic honoratus à Deo teipsum taliter inhonoras? Idem ser. 1. 48.

Cecidit homo per suggestionem, delectationem, consensum; ab illa summa, & pulchra trinitate; scilicet potentia, sapientia, puritate; in quandam contrariam; & fœdam, trinitatem, infirmitatem; cœcitate, immunditiam. Drogo Ost. lib. de creat. & redempt. primi hominis.

Peccatum est sicut putredo in pomo; sicut enim putredo auferit pomo decorem, valorem, colorem, odorem, & saporem; sic peccatum auferit animæ decorem vitæ, odorem famæ, valorem gratiæ, & saporem gloriæ. Sanct. Bonavent. Diat. sal. cap. 2. de vitis in special.

S. XVII.

Peccator fit nihil.

Ne erudas Domine Scæperum tuum his, qui non sunt. Eth. 14. 11. id est, peccatoribus; qui sunt, tamquam non sint. Sylveira in Joan. 16. q. 8.

Cor mundum crea in me. Ps. 50. 12. **Creo** dicit, quasi ex nihilo: quia esse morale perdidit; secundum quod peccatori dicitur. Ezech. 28. 19. **nihil factus es.** Psal. 72. 22. **ad nihilum redactus sum.** Jer. 5. 21. **audi popule stultæ, qui non habet cor.** Hugo Card. hic.

Emittit spiritum suum, & creabatur. Pl. 103. 30. Dices: nonne creati sumus? Dico, quod create, secundum Theologos, est; ex nihilo aliquid facere; & cum in peccato elis, nihil estis, juxta 1. Cor. 13. **si charitatem non habueris, nihil mihi prodest.** Unde recipiendo Spiritum S. homo esse gratitum recipit per gratiam, qui nihil erat per peccatum. Diez conc. 4. ser. 2. Pent.

Asperit terram, & dice vacua erit, & nihil. Jer. 4. 23. & v. 25. **incurtus sum, & non erat homo.**

Pater nostri peccaverunt, & non sum. Thir. 9. 7. Non vacat ab intellectu, quomodo non sint, qui omnino & jam, & post mortem, esse non creduntur. Omnis enim peccator ex eo, quod delinquit, & peccat, ad nihilum redigitur, & non est. Et ideo non est; quia ab eo, qui semper est corruit. S. Paschasius hic.

Homo, non sum. Luc. 22. 58. Non ait, non sum Discipulus Jesu; sed, non sum. Jesum negans, se quoque negat. S. Ambros. l. 10. in Luc. quia videbatur negare societatem Christi, utique se negavit. Sylveira in Joan. 16. q. 8.

Peccatum nihil est; & nihil sunt homines, cum peccant. S. August. tr. 1. in Joan.

Toties nihil factus sum, quoties à te separatus sum. Id. fol. c. 5.

S. XVIII.

Peccator inveteratus fenex.

Inveteravi inter omnes inimicos meos. Psal. 8. 8. Bene dicitur homo inveterari per peccatum, propter multas causas. Una est: quia sicut fenex amittunt visum, sic peccatores amittunt spirituales visum. Item amittunt dentes; sic peccatores dentes dilectionis. Item amittunt virtutem gustandi; sic peccatores spiritualiter. Item amittunt fœtus; sic peccatores: Item sunt tremuli; sic peccatores. Item infatuantur. Hugo Card. hic.

Nihil facit adeo inveterate, ut natura peccati, Quando ergo à peccato inveteraveris, renova teipsum per penitentiam. S. Chrysol. in Pl. 6.

Peccunia amor, absurdarumque concupiscentiarum servitus; atque simpliciter omne peccatum, operatorem suum, putrem, ac vetulum reddere solet: quod vero vetulum, senioque confectum, prope est ad interitum. Sanct. Chrysol. serm. 10. in Rom. 6.

Animæ nostræ senescunt de peccato mortali: quia omnes defe-

Ex Novo, & Patribus.

Incepit illi Jesus: Matth. 17. 17. idest, juvenem; ut docent Hieron. Beda, Theophylactus, &c. Videtur non juvenis, sed tortor increpandus. S. Hieron. increpavit puerum: quia propter peccata sua a damone fuerat oppressus. Sylveira in Luc. 11. c. 22.

Videbant Filium hominis venientem in nubibus. Matth. 24. 30. Cur venturus sedens super nubem? quia nubes generantur ex vaporibus terrae: quia rigor illius iudicii ex terra, & nostrorum peccatorum exhalationibus, provenit. Sylveira hic quaest. 15.

Et arandinem in dextera eius. Matth. 27. 29. Graec. calamum. quia etiam penam scripturam significat, juxta Ps. 44. 3. lingua mea calamus scribae. Chrysol. dederunt ipsi calamum in manu, ut peccata eorum scriberentur. Did. Nyss. D. infra Ocl. Nat. D. 21.

Et rogabunt eum, ut permittens eos in illis (porcos) ingredi. Luc. 8. 32. An non factus Christus fecisset, si porcos occupare ipse jussisset, qui sua virtute ab homine illos exegerat? S. Ambros. elementum Domini debemus advertere; quod nullum prorsus ipse condemnat; sed unusquisque sibi auctor est poenae. Did. Nyss. ser. 6. D. 2. Quadr. §. 3.

Et ait Jesus stridens de manibus. Luc. 11. 14. Cur non dicitur, quod Christus sanaverit mutum; sed quod egerit demonium mutum? et quia demonium erat in causa, quod esset mutus. Et Christus Dominus, ut bonus medicus, radicem pellit. Sylveira hic.

Eccc Janus factus es, iam noli peccare. Joan. 5. 14. Sancti Chrysol. non tibi dicit, quid deterius facias; sed ne deterius aliquid tibi contingat. Salvianus l. 8. de Provid. ipse sibi parat peccator quisque, quod patitur: nos calamitatum nostrarum auctores sumus; nos ergo adversum nos omnia facimus. Nihil itaque nihil est in nos crudelius nobis. Nos inquam, nos etiam Deo nolente cruciamur. Dei censuram nos inardescere facimus, & peccatis nostris jugiter commovetur: nos coelestis irae ignem accendimus; & excitamus incendia, quibus ardeamus. Did. Nyss. ib.

Secundum iritum tuum & impenitentem cor, thesaurizans tibi iram. Rom. 2. 5. Sancti Chrysol. tu tibi thesaurizas, non Deus tibi: etenim ille omnia praestitit, quae oportebat: qui, si inflexus manes, tu tibi thesaurizas iram. Apud Did. Nyss. Vit. Abr. l. 8. c. 8.

Mulsi frequenter dicant, malo loco esse rerum, & civitatis, statum; causamque ex imprudentia demonum esse petibentem. Ego vero dico, non Magister imprudentia, sed nostrum peccatum; illud omnia subvertit, illud omnes calamitates innoxia nec aliunde rerum tristitia examina nobis superflua sunt. S. Chrysol. tom. 6. hom. de peccato. Apud Sylveiram cap. 18. in Joan. 9.

§. XXIII.

Peccator ipse, & peccatum, sibi poena hostis.

Quasi ab inferno animam meam. Ps. 29. 4. Peccatum dicitur Infernus. Num. 16. 33. descendente vivi in infernum, id est, in mortale peccatum. Quod bene dicitur Infernus propter multas rationes. Quia in peccato, sicut in inferno, aliorum, & calor sentitur: scilicet patris timor, & concupiscentia ardens, & inflammans. Job 24. 19. ad infernum calorem. De peccato exie sumus infamiae, vermis conscientiae, sitis, & exuries; in peccato nulla requies. Hugo Card. hic.

Erige me Domine ab homine malo. Ps. 139. 2. S. Aug. hom. 31. ex 30. facis tibi Deum respondisse, a quo? quando dicis, eripe me. Dicitur es a Cajo, a Lucio, a Nestore quo; quem pateris. Et respondet tibi Deus: de te nihil mihi dicis: si ab homine malo liberem te, prius es liberandus a teipso. Apud Pinna Ethol. 83.

Allixisti nos in mendo iniquitatis nostrae. II. 64. 7. idest, propter iniquitatem nostram: ita Satechez. Melius; in manu, idest, per manum, q. d. tradidisti nos peccato quasi licitori, cruciandos, & allidendos. Cornelius hic.

Libera nos a malo. Matth. 6. 13. S. August. l. 30. de verb. Ap. quid est, quod clamasti, libera nos a malo? responde illi: ego sum malus; & si ille gravit me a malo; ero de malo bonus. q. d. libera nos a peccato; fac, ne in peccato cadamus: nemo enim tam hostis alteri est, quam sibi ipsi, dum peccat. Pinna ib.

Clamans & concidens se lapidibus. Marci 5. 5. Ad cumulum mali meriti omnino accedit, quod homo seipsum confodiat: nemo enim malus ab alio, quam a seipso, amplius laeditur. Sim. Cass. l. 1. c. 16.

Sufficiens crepuit medius. Act. 1. 18. S. Leo ser. 20. de Pass. merito tibi sua poena est commissa: quia in supplicium tuum nemo levior potuit inveniri.

Audient autem Ananias hic verba cecidit, & expiravit. Act. 5. 5. Nullus hic fragor elementorum; nulla iudicantis aut majestas; aut sedes; nec in valle Josaphat, sed in domo fidei morabatur. Petrus affidebat arx, non Christus inter fulgura confidebat; nullum in eum convitium jacebat; aut parabar poena: sola illi fraudate pecunia objiciebatur turpitudine. Et tamen factus ipsa peccati inermis, & nuda, & virum primarium inter hostias, & thura, ita conternavit; ut mox corrueit victima pudoris, & poenitentiae. Oliva ser. 2. D. 1. Quadr.

Quia nullus unquam hostis in eos perpetravit; ea libentissime, & promptissime amplectuntur: & quod nullus unquam Judex supplicium in eos statuerit, illud in se ipsos attrahunt. Theodoretus ad 1. Rom.

Mens odiosa, cupida, curis tantummodo secularibus dedita, libidinis igne succensa; nonne tibi videtur Infernus? in quo videlicet & diabolus habitat, & concupiscentiarum ignes astutiae non cessant. Inde enim de luxuria sulphureus fœtor oboritur; & de cogitationum crebreferentium tenebrosa caligine, tamquam terrerini funi volumina generantur. Nam, dum hoc amat, illud timet: in aliis gaudet, hoc odit: illud avidè concupiscit, sic infelix metis, suspecta semper, & vaga, curiosa, anxiosa simul, atque sollicita; quae curis impellentibus in multa dividitur, diversarumque passionum moribus laceratur. Hæc igitur febilis animi, gehenna facta est, tartarus, & infernus; quam & cruciant tormenta carumque, vitiatorum vastat incendium. B. Petrus Dam. lib. 2. ep. 5.

Intrinsicam poenam malefactorum pertulit, dum deliquit: cum eo ipso quisque puniatur interius, qui contentis facere, aut perficere facinus. Sin. Cass. l. 15. de just. Christi.

§. XXIV.

Peccatoris mala securitas.

Symbola, & similitudines.

Comparatur somno, & lecto.

Heli jacebat in lecto suo. 1. Reg. 3. 2. Sept. dormiebat. Offenditur ejus negligentia, & remissio animi; qui tam gravibus minis, velut tonitruis, de caelo territus non vigilavit. Mendoza hic.

Proiecit se, & obdormivit. 3. Reg. 19. 5. Miraris, quod Elias reginæ persecutione factus, in aperto campo dormire potuerit; aut Petrus in carcere. Act. 12. 6. Sancti erant: Mirare potius, dormire potuisse Saulum, Holofernem, Sifaram; & tamen hodie dum innumeri lethali noxa polluti somno se credunt, quasi securi de vita. De quibus. II. 51. 20. Dormierunt in capite omnium vitarum, sicut vixit illaqueatus, plebi indignatione Domini. Scribitur: in Africa dari belluas, Origes dicit, quasi taurus sylvestris, tam fœda sua vitam vitam fiducia; ut, cum retia in venarum incidunt, dormire praesumant, nec equorum hinc, vel canum latratu, excitari se fiant; ut expediti loqueis fugiant. Dormitis Sampsonis instar. Judi. 16. 19. in sinu foetorum; dormitis in lectis eburneis plebi indignatione Domini, & periculum non timetis. S. generi f. 1. die Gin.

Verbum inquam - numquid, qui dormit, non adificat, ut resurgant? Ps. 40. 9. q. d. qui in somnum lethalem per peccatum mortale incidit, nonne ille vigilare ab illo somno ad vitam gratiae potest? nonne peccator converti? Apud Hug. Card. alia versio habet: verbum diaboli constituerunt adversum me. Cur id vocatur verbum diaboli? Hugo: verbum diaboli fuit: nequaquam morte moriemini. Gen. 3. 4. & modo per adulatores, qui sunt organa ejus, dicit, nequaquam adhuc moriemini: potestis modo bibere, & comedere: vos estis adhuc juvenes; quando fueritis, tunc facietis poenitentiam. Dominus vero exclamavit: hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Psal. 94. 8. Did. Nyss. Pol. cœl. part. 2. lib. 4. c. 5.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. Ps. 87. 6. Non dicit, eos dormire in lectis, in quibus dormiunt vivi; sed in sepulchris; ubi dormiunt mortui. Jonas in tempestate dormit. Tot in periculis, horre mortis incertus, securus dormis? somnians non formidat; quae formidare debet; sed vana. Si astat ei quis gladio evaginato, quo illum perimat, non metuit. Somnians autem, te esse in periculo timet; licet securissimus in lecto jaceat. Multi timent arumnas hujus vite, tamquam vera mala: quae nihil sunt, nisi phantasia; & non perhorrescunt tormenta Inferni, in quem in perpetuum precipitabuntur. Stella de cont. & c. p. 2. c. 43.

Cum dormiente loquitur, qui enarrat subito sapientiam; & in suo narrativis sic: quis est hic? Eccl. 22. 9. q. d. sicut dormiens audiens se excitantem, dicit, quis est, qui me excitat? quid loquitur? quid vult? ac mox rursus somnolentus indormit: ita & status, audiens sapientiam a sapiente, quasi cupidinibus suis indormiens, dicit: quis est hic, qui mihi molestus est? quia dicit: cur me a somno delictorum meorum avo-

avocet? non audio, non attendo, non capio: quia non delector sapientia, & virtute; sed omnis mens guttus, & delectatio, est in voluptate &c. Apposuit stultus, puta peccatorem, comparat dormienti: 1. quia ut hic somno, ita ille peccato, id est, voluptati suavit, & delictose indormit. 2. sicut in dormiente ligatur mens, & ratio; sic in fatuo sumis concupiscentie ligatur ratio, & prudentia. 3. sicut dormiens vivit vitam animale, non rationalem; sic & peccator. 4. sicut dormiens variis luditur, & illuditur, phantasiabus; sic & peccator luditur specie creaturarum, & quod amat, umbra, somnia sunt; non res, non veritas. Denique sicut pueri alium dormientes flagellis, & verberibus, a somno excitandi sunt; sic & stulti, puta impii, a vetero peccatorum plagis evellendi sunt. Cornelius hic.

Dormiebat sapore gravi. Jon. 1. 5. Sensit Jonas reiorius conscientiae de fuga sua, quasi Deus illum persequeretur, puniretque: unde, ut hos remorsus evaderet, & sopiret; dedit se sopori. Mala enim conscientia parit interorem, motor somnum. S. Hieron. tropologicè: sopor Jonæ gravissimum hominem significat erroris sapore torquentem; cui non suffecerat fugere a facie Dei; nisi quadam recordia mens illius obruta ignoraret iracundiam Dei; & quasi fecerit dormire. Apud Cornelium hic. Excute somnum, pelle soporem. Hæc auditis in Evangelio, & dormitis hora est, corrigendi vitam, emendandi mores, expellendi vitia; ne nos incautos inveniat tantum malum. S. Thom. Vill. conc. 1. de judicio. Minuit Deus ignem gehennæ, spiritum Procellarum; nec attendit peccator, quam propinquus sit æternæ damnationis. His iure dicas, quod nautæ Jonæ; quid tu sapore deprimeris? surge, invocæ Deum tuum. Dicit Jonas.

Quam dormierit homines. Matth. 13. 25. Dormire hominum, quod Salvator omisit exponere, inadvertecia est periculum; & incaute contra insidias invisibilium hominum. Sin. Cass. l. 6. c. 3. Aristoteles l. de somno & vigilia: est ligamentum omnium sensuum exteriorum. Somnum vocat Euripides oblivionem malorum. Hæc est natura peccati frequentius admitti; quod hominem ligat, eumque in noxia quadam securitate constituit, ac obliviscit malorum impendendum. Est ligamentum omnium sensuum, omnium facultatum, memorie, intellectus, & voluntatis. Advertit hoc sapiens Prov. 5. 22. iniquitates suas capient impium; & sinitus peccatorum suorum constituetur. Hilarius pro funibus ponit vocem scilicet: vel quia peccator est infans, infans, qui nihil de futuro cogitat; vel quia mortuorum est, ligari factis. Schonen Dife. l. 1. D. 2. Adv. Spiritualis obdormio, est obtenebratum sensuum, suffocatio intellectus, perditio memorie, voluntatis oppressio, orationis carencia, inconsideratio infallibili iudicii, contra demones incaute, periculum improvisio, insensibilitas animæ. Sin. Cass. l. 13. c. 13.

Petrus dormiens, inter duas pilas, scilicet Angelum bonum, & Angelum malum. S. Vinc. Ferr. f. de S. Petro ad vincula.

Ecce misit eum in lectum. Apoc. 2. 22. id est, in Infernum; ait Rupertus, Beda, Rich. S. Vict. Ambrusius & Primasius: lectus, inquit, est securitas, & impluitis peccandis; in quo peccator, quasi in molissimo lecto quiescat, ex uno seclere in aliud, & tandem in damnationem nitens: Hæc securitas signum damnationis. Cornelius hic.

Est quidam somnus, qui est somnus culpa; somnus malus, & ad statum pessimum inducens. Nam in somno est quadam intrigidatio; quadam sumi elevatio, quadam animalis virtutis oppressio, & mearum quinque viarum sensus oppellatio. Sic suo modo culpa facit in animam: nam intrigidat per avasiam; sumum elevat, & perturbat, per superbiam; sed sensum oppellat, ne videnda videat per carnis lasciviam. S. Bonavent. serm. 5. de adv.

Alia Symbola.

Orate Dominum, ut auferat ranas a me. Ex. 8. 8. Fecit Moyses, quod poscebat; sed non Pharaon, quod proniterat videns antequam Pharaon, quod data esset, requies, ingravit cor suum. v. 15. Data requies obstinationem nutrebat; expertum discrimen ulterius metum non creabat. Plus audacia ad nova delicta lumbat Pharaon; quia ranas evasit; quoniam timoris caperet, quia sustinuit. Data salus stultam genuit iudicium. Naxera in Job. 8. §. 13.

Divitiæque est aqua, & ingressi sunt filii Israel per medium siccitatis maris. Ex. 14. 22. coeperuntque Egypti temerario ausu subsecqui; de quo Abul: magna audacia Egyptiorum, immo maxima dementia; tanto pecculo exponere; ut mare intrare non formidarent, quod ad eorum interfectionem paratum fuerat; quod Hebraei, ad suam evasione paratum, ingredi extimerunt. Did. Nyss. Graec. l. 8. c. 1.

Joies electa triginta millia virorum; sicut miste nolle; praecipue eis dicens: penite insidias post evasione. Job. 8. 3. 4. Copiosus adeo exercitus, licet lente incederet, iter sine ingenti strepitu peragere nequibat: vequm Hajenes sic immergi jace-

bant somno, sic exoculati dormiebant; ut nec strepitum audierint, nec mortem sibi imminentem confexerint. Naxera ib. §. 10.

Cumque exierint contra nos, sicut antea fecimus; fugiemus, & terga vertemus. Puerant enim nos fugere, sicut prius. Job. 8. 5. Tale est peccatorum ingenium; ut, si imminetia mortis, aut calamitatis, discrimina effugerint, iniqua iterum non caveant consilia. Id. hic §. 13.

Egrebar, sicut antea feci; nesciens, quod recessisset ab eo Dominus. Judic. 16. 20. Sampson, quia pericula seipsum evaserat incautus meretricis artes non timuit. Tertull. l. de penit. c. 6. ille praesumptor, cum sibi premitteret, securus scilicet timere non potuit; sic nec poenitentiam implet: quia instrumentum poenitentiae, id est, metu caruit; praesumptio inverecundia portio. O quot meretricis domos frequentat! o quot pericula provocare non timent! quia agendum semel depulsa, quia hostis superatus, quia discrimen elusum. De triumpho suo calamitatis suffragatur, poenitentiam non implens: quia instrumentum poenitentiae, id est, metu caret. Naxera in Job. 8. §. 13.

Veneruntque in Lais ad populum quiescentem, atque securum; & percussit eos in ore gladii. Judic. 18. 27. Viri de tribu Dan nullo negotio urbem Lais coeperunt; quod sine omni timore viveret. Magna securitas, est periculossissima anime tempestas. Stella de cont. & c. p. 2. c. 43.

Tennis manu dextera mentum Amasa, quasi osculum eum. Ps. 138. 2. Reg. 20. 9. 10. Diabolus blanditur, ut fallat. Hoc significatur in principe Joab, qui Amasam osculando interfecit. Osculum diaboli, falsa securitas peccatoris. S. Bonav. l. 2. D. 3. Psch.

Bibit quasi aquam iniquitatem. Job 15. 16. Lyran: iniquitatem, sicut aquam bibit; qui committit peccata absque franco timoris. Ille enim, qui bibit vinum, quia timet inebriari, bibit temperate; sed bibens aquam hoc non timet. Apud Novarium in Elect. Sacr. l. 3.

De monte abscissus est lapis sine manibus. Dan. 2. 45. contrarius est spiritus eius, & somnum ejus fuit ab eo. v. 1. Excidium intuens, illius oblitus est: casus illum invasit horrores; & horrorem comitata est horrores oblivio. Cyrill. Jerol. Catech. 16. Daniel illi indicavit visionem imaginis; ipse viderat eam, & nesciebat. Die, inquit, nisi visionem, quam ego vidi; & quæ sit, nescio. Simulacrum in favilla levi lapidis scitu conversum regnorum elestem sinem, gloria, pompæque, citissime fore portendebat excidium: ait se Nabuchodonosorus est cecitas; ut mortem inuicatur, & nesciat. Naxera in Job. 8. §. 10.

Va pregnantibus, & parturientibus, in illis diebus. Matth. 24. 19. August. in Pl. 39. in Hilar. Chrysol. Hieron. putant; va illis dicit: quia ille uteri, hæc va lactantium, onore gravata, fugere non poterunt: quod confirmatur illis verbis Matth. 24. 20. brate ut non fiat supra vestra in hieme, vel Sabbato. Cur non potius va claudis, cæcis, ægris, cum fugere minus possint? Maldonatus: pregnantæ, ac nutrices, solent in maxima securitate nuptiis, ac liberis, operam dare, quasi dicat: va illis, qui in deliciis, & securitate, versantur; cum enim irruerit calamitas, fugere non poterunt. Sylveira in Luc. 16. Hyemen peccata vocat, & Sabbatum securitatem. Dicit ergo va anime in peccati securitate, vel securia constituta. S. Athanas. q. 83. Judai in Sabbato ab omni infornio sic libertos putabant. Sylveira in Matth. 24. q. 8.

Catus cum mure capto prius ludis, tum occidit, & edis. Sic ludit cum peccatore demones ostendens peccatum esse leve, Deum misericordem, impossibile non peccare, & facilem poenitentiam &c. Et ubi sic illustrat trahendo ad opus, spiritaliter occidit. Gemianil. l. 5. c. 39.

Exempla ex Veteri.

Construere silia sua. Gen. 3. 7. Ab hæc infelici, & maledicta sicut silia, quibus se tegant, colligunt peccatores; cum vana spes (solum spei Symbolum est) longioris vite animo concipiunt; ut iterum sine ulla timore mortis in omni seclerum genere volutentur. Bernandus hic.

Duo, & duo, ingressi sunt ad Noe. Gen. 7. 9. Quis ad Noe adduxit animalia? forsitan ex nimia secleritate, & abundantia fructuum, ad calamitatis praesagium; quasi duce natura ducebantur. O quam stulta hominum in secleritate, calamitas! Aleuinus l. 4. de diluvio.

Tunc jusse accurrunt, volucres, dum bestia quæque Deposita feritate venit, seclere tenendam Ingerit occurrens; & libertate relicta, Occludi gaudet. Tantum decreta futuri Vis vales occultis brutis in sensibus ardet Terror, & expectans agitat formidantem mentem. Ast homines, quos fors certi discriminis urget. Vicina nec morte pavent.

Rogatus Polemon, cur canis, accepto osse, properet loco mensæ? respondet: ex abundantia annonæ praesagit verborum irru-

irruptionem. O inefabilior canis qui ex abundantia volu- ptatum non praefugit verbera. 1. Reg. 17. 43. Nunquid egocanis sum? aiebat Goliath: quasi ad canem exilli cum lapidibus, & virga. S. Chryfost. hom. de David, & Goliath: si canis fuisset, nonquam dimicantem contra te Dominum provocasset, sed ut canis interitum futurum, & dignum supplicium metuisset. Peior est canis, qui nec virgam metuis; ne lapidem, quo mortuus es, perimessis. Elocobar tr. 5. Proph. Chr. l. 9. sect. 1. obi. 4.

Uno tantum gradu ego, morsq; dividitur. 1. Reg. 20. Peccator potest dicere, sicut David: non enim est nisi unus gradus, scilicet mors corporis inter peccatorem, & mortem animae. Hugo Card. in Pf. 15.

Periculis factus cum morte. If. 28. 15. q. d. sic vivitis, & sic secute futuram Dei ultionem ridetis; ut ipsa vestra securitas clamare videamini: periculis factus. hoc est, securi funus a morte, & inferno; ac si cum eis foedus inuissemus. Cornelius in Hierogl. hic.

Ista est dies, quam expellabamur. Thren. 2. 16. Saep hie diem habet anima perverfa, qua & transitoris letatur bonis; rebus, quae sunt, ad pacem sunt. Luc. 19. 42. quia, dum ex rebus temporalibus gaudet, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate resolvitur, dum nulla venturae ire formidine terretur; pacem habet in die sua: quae grave damnationis scandalum habebit in die aliena; cum pro suis iniquitatibus tradetur adversariis, qui suis eam poenis circumdabunt, & cruciabitur. Nec jam tunc juvabit aliquid quicquid in praeteritis de terrana felicitate habuit, sed ibi affligenda, ubi julli latibuntur. Et cuncta, quae modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem tormentorum, vertuntur: tuncque rixari a seum incipit, cum damnationem; quam patitur, non exspectat, cur a prospiciendis malis sequentibus oculos mentis claudit. Unde dicitur ei: quae autem abscondita sunt ab oculis tuis. Luc. 19. 24. quia mens voluptatibus resoluta abscondit sibi mala sequentia, dum videre futura relugit, quae perturbant praesentem laetitiam. S. Paschasius hic.

Anticus sermone tuus, & non facient tui: quia in carcerem visi sui verberis. Ezech. 33. 31. Expectate: & hora, quam non putatis, erit suprema. Quando Balsathar fatalis in patere manus indicio horis nuntiavit? nonne, cum minime putaret? Dan. 5. 5. Nabuchodonosor quando vocem coelitus lapsam audivit, quae ad bestias, & sylvas damnationis dicit? Dan. 4. 28. nonne dum ininitim timebat, & inter assemtorum turbas regni sui magnificentiam superbe jactaret? Antiochus quando morbo execrabilis percussus, & in desperationem actus? 2. Machab. 9. 4. 5. nonne cum sui securus, falluque tumens, concilio, curru Jerosolymae immineret, & excidium, minaretur? Quando Sennacherib. 4. Reg. 19. 37. Jezabel. 4. Reg. 9. 32. 33. quando intentas sibi a Deo minas, quod a canibus devoranda esset, adimpleri experta est? nonne cum, excoelo omni Dei timore, ad palatii sui fenestras compta, & superba consisteret? Segneri l. 6. f. 2. D. 1. Quadr.

Ex Novo.

Mitte te deorsum. Matth. 4. 6. Timenti homini ruinam tuta omnia tentator proniitit: in manibus portabunt te. Misericordiam Dei ob oculos ponit, quae in manibus est peccato illum tollat; ne forte aeterno igni inhiatetur. Barradius t. 2. l. 2. c. 11 D. 1. Quadr.

Animus habet multa bona posita in anno plurimos, requiescit, comedat, bibat, epulare. Luc. 12. 19. Si cognovissetis quod quid in hac die vobis, & quae Luc. 19. 42. quorum verborum hic sensus est: si praevideretis jam, dum pacem habes, dum indulgemet tradaris, quae tibi eventura sunt; etiam tu feres, & poenitentiam ageres. S. Gregor. hom. 39 in Evang. perverfa anima rebus praesentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta; abscondit sibi mala sequentia: quia praevidet futura refugit; quae praesentem laetitiam perturbant. Dumque in praesentis vitae delectationibus se desinit; quid aliud, quam clausis oculis ad ignem vadit? Apud Schonleben Disc. 11. D. 9. Pent.

Qui ambulat in tenebris, nescit quod vadit. Joan. 12. 35. Ambulans in mentis tenebris nescit Infernum, quo vadit. Si enim sciret Inferni poenas, multo majori studio caveret, ne iret illuc; quam cavet a morte corporis, & infamia perpetua hujus Mundi. Cajetanus hic.

Qui dixerit pacem, & securitas, tunc repentinus eis supervenit interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Thesal. 5. 3. S. Paulus Hebr. 11. 7. Duas praecipue virtutes in Noe laudat scilicet, ac iustitiam. Fide Noe responso accepto in primis Deo fidem habuit; deinde fide plenitudo: fides enim principium timoris. Eccl. 1. 27. 16. Fernandus in Gen. 6. 11.

Ex Patribus, & aliis.

Peccatoribus saepe accidit; ut, si quando unum quodlibet bonum vel minimum faciant, a malis suis omnibus respectum mentis avertat; & ex eo sese jam quasi sanctos aspiciant;

oblit malorum omnium, quae commiserant. Sicut evenire contra electos solet: ut, cum multarum virtutum gratia polleant, unum eos vel tenuissimum vitium valde desatigat, pulset. S. Gregor. l. 34. mor. c. 17. Apud Nyfenum Phcen. Graec. l. 8. c. 1.

Nihil est infelicis felicitate peccantium; quia penalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior roboratur. S. August. l. epil. ep. 5.

Expedit redentes, vela suspendite: tranquillitas ista tempestas est. S. Hieron. ep. ad Heliodorum.

Luge peccatorem felicem: gladius enim iustitiae ipsi imminet. S. Nilus Abb. Cap. Parzenet.

Negligentia in graviore periculo, non tam securitatis est, quam desperationis, indicium. S. Bernardus l. 10. in Pf. qui habitat.

Quid tam timendum, quam potestas, cui non potes resistere? quam sapientia, cui abscondi non potes? Poterat minus timeri Deus alterutro cogens. Nunc autem perfectè oportet timeas illum; cui nec oculus desit, videns omnia; nec manus, potens omnia. S. Bernardus l. 5. de confid. ad Eugen.

Una securitas est, nunquam esse securum: quatenus timor se observans reddat semper paratum; donec securitas succedat timori, non timor securitati. Guaricus f. 3. de adv. Dom.

Ecce ardet Infernus sub pedibus inhians, atque ad devorandam miseram animam apertus: & jam peccator ipse deputatus est ad illum; & solium pendet ex tenui filo vitae praesentis, quod tam facile rumpitur. Et miser ridet, comedit securus, & gaudet; neque est sibi cura de remedio. S. Thom. Vill. l. D. 3. Quadr.

Clamat Jesus voce magna: Lazare veni foras. Joan. 11. 43. quia non nisi magno terrore aspirantis Dei, & de futuro iudicio comminantis, exterritus, male securus peccator ad cor suum reducit. S. Rupertus in Joan. 11.

Terreat te timor iudicii terribilis, metus gehennae, laquei mortis, dolores Inferni, ignis urens, vermis mordens, sulphur foetens, flamma tartarea, & tandem omnia mala; ut tandem clames: in aeternum non peccabo. Hugo a S. Vict. l. 3. de anima.

Gravissimum peccatoris periculum, quod ante portam Inferni dormiat, comedit, ludat: quia nihil est inter animam peccatorem, & Infernum; nisi porta fragilis, scilicet corporis: qua per mortem fracta in puncto ad inferna descenda dunt. Broymard. Peccatum.

S. XXV.

Peccatorum mala laetitia.

Peragis Symbolice.

Ex Veteri.

Quod ignovans me, fugere voluisti? Gen. 31. 27. ait Laban. Diabolus vult peccatorem securum, letum; ne adverteat pericula sua. Stella in Luc. 6.

Tristitiam delinquit blanditur. Gen. 34. 3. Hoc summopere curat diabolus; ut salubrem tristitiam amoveat ab anima peccatrice. Hugo Card. hic.

Et surrexerunt iuvenes. Ex. 32. 6. saltando, canendo, &c. Vide carnalium hominum coetivatem, qui in peccatis suis festi deliciantur, ludunt, & exultant; cum eis imminet vindicta Dei. Cornelius hic.

Non metet in eum oleum. Levit. 5. 11. Vetatur oleum in sacrificio pro peccato: quia peccator expertus est laetitiae, & lucis. Oleum enim laetitiae, & lucis, est symbolum. Cornelius hic.

Latanteque per convivia, sumptis jam epulis, praeparant, ut vocarent Sampson, & ante eos luderet. Judic. 16. 25. Sampson cocus ductus est inter Philistinos, ut saltaret. Qui serviunt Mundo, cocci sunt; nec miserum suum statum agnoscunt; itaque tripudiando descendunt ad Infernum. Saltant ad numeros citharae; ad modulos demonum, Mundi, affectuum &c. Stella de cont. &c. p. 2. c. 73. Philistae captum Sampson, & cocum voluit tripudiare. Id. in Pf. 136.

Su in tenebris, quasi in luce ambulans. Job 24. 17. Aci dicitur: ita gaudent in nocte peccati, ac si lux iustitiae circumfundat. Vels in praesenti coecitate ita luti sunt; ac si iam aeternae patriae luce perfruantur. Hugo Card. hic.

Illo interrogaverunt nos - hymnum cantate nobis de Cantica Sige. Pf. 136. 3. Sicut Babylonii volebant, ut Hebraei in captivitate concenterent, & hilares essent: ita diabolus plurimis modis curat; ut peccator in miseriam peccati servitute delectetur, & quiescat: ut illum sub sua potestate securus ducat. Sed responde: quomodo cantabimus Canticum, Dominus in terra aliena? v. 6. Diez D. 3. Quadr. Inimici animae suadent, ut in hoc saeculo, & velle lacrymatum, hilares simus: ne forsitan meditantes miseram captivitatem ad patriam aspiremus. Stella in Pf. 136.

Latantur, cum male fecerint. Prov. 2. 14. Tales similes sunt illis, quos in Apulia videmus, morfos a tarantulis, contumud

nuo saltare, tripudiare, & tripudiando emori. Sic Turcae in honorem sui Mahomet solent se in orbem gyrate; donec, deficiente spiritu, & mente corruant: illamque vocant choream Angolorum. Quibus apes illud. Psal. 11. 9. in circuitu impij ambulavit. Corn. hic.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. If. 9. 2. Qui male agit, & de malo dolet, is in tenebris est; & nondum sedet, sed ambulat adhuc. At, qui letatur, cum male agit; is sedet in tenebris: quia peccatis assuecit. Hic status est plantae mortis, & Inferni. Stella in Luc. 2. 9.

Nabuchodonosor Dan. 3. 5. statum voluit adorari; dum plurima instrumenta musica resonarent. Stella in Luc. 6. 21. Statuam adorari inter sonum musicae cupit: ut sensibus attoniti pericula nostra non videamus. Id. in Pf. 136.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Cum vidisset tribucentes, & turbam tumultuantem. Matth. 9. 23. Principis Synagoga filia erat mortua, & domum defunctorum, ac magnus populi strepitus, compleverunt. Christus autem non prius intravit, ut illum suscitaret; quam tribucentes exissent. Cave, ne in peccato mortuus huic vanae Mundi laetitiae locum tribuas; & mala tua, vana gaudii dulcedine inebriatus, non sentias. Stella de cont. p. 2. c. 75.

Ut homines aegri, cum multis febribus aguntur; si in aquas ventiosas frigidam immerferint, ad praesens quidem aliquid venientis quatuor solatii; multiplicatas vero febrium flammis sibi repant. Sic & nos agimus, cum conscientiae simul agitantur; si per merces gaudii, & laetitiae causas quaeramus. S. Chryfost. hom. de compunct.

Ancipex ex omni parte vitae, certissima mors: certa iudicatio de iam actis, infallibilis sententia iudicis. Quis ergo aget diem festum sub tanta tripudiatione malorum? quis invenit fatigat Mundi rufum; quis exultabit in festo, Deo infesto nisi amens; aut aliam vitam desperas; seu qui somniantium semper similitudinem gestat. Sim. Cassi. l. 11. c. 25.

Sicut canis oloris signum est imminenti mortis; sic, cum peccatores exultant ob peccatum, praesagium est; supplicium eorum instare. Diez D. 10. Pent.

Attratum coelum est, & terra lascivit; thronus pallet, & patibulum vernat: in regia filii contabescunt; & in carcere perdulces epulantur, & cantant. Numquam terribis mortales delirantur. Adhibitis quos non miretur citharas in naufragio; periclitatis non capite, sed aeternitate; & tripudias? Oliva l. 11. Strom. §. Erant signa, &c. Luc. 21. 25.

S. Thomae Aq. teste Ribad. 7. Martii, mirum videbatur, posse hominem alicuius culpa lethali conscium, quo damnationis aeterno periculo, ridere umquam, & letari.

Philippus III. Hisp. rex dixit; mirari se, quomodo mortalis peccati reus dormire aliquando posset. Ita refert Hieron. Florent S. J. qui accipit ab ejus ore.

S. XXVI.

Peccatoris difficilis poenitentia.

Ex Veteri.

Reversus, quatenus fecit Amalec Israel. 1. Reg. 15. 2. Amalec significat vitium post baptismum; Pharaon ante baptismum. Hinc observat Origenes hom. 11. in Exod. sicut Pharaonem, & Aegyptios, non Israel debellavit, sed Deus ipse. Ex. 14. 14. Dominus pugnavit pro vobis! & vos taedebitis. Sic peccata, ante baptismum contracta, a solo Deo in baptismo abluuntur. Contra vero, sicut Amalecitas; Josue pugnando, & Moyses orando superavit; Ex. 17. 10. 11. ita peccata post baptismum facta, magno nostro labore, confitendo; poenitendo, satisfaciendo, remittuntur. Menjoza hic.

Media pars juvenum faciebat opus, & media parata erat ad bellum. 2. Esdr. 4. 16. Innocentiae domum struimus; sed cum Esdra collapsam aliquo modo reparamus; non modo strepitus ferre oportet, sed & pugnas: simulque milites esse d. cet. & fabros; aequo hostibus expositos, ac operi intentos. Nimirum non instauratur sine sudore semel collapsa innocentia. Oliva t. 3. Strom. §. Domine quid multiplicari &c. Pf. 3.

Eduxit me de lacu miseriae. Pf. 39. 3. idest, de peccato; quod dicitur lacus: quia; sicut de lacu cadit homo in lacum, sed non de facili exit; sic in peccatum de facili cadit, & per se; sed non de facili; nec per se refurgit. Hoc significatum est in hoc, quod filii Israel de facili ingressi sunt in Aegyptum, sed cum maxima difficultate egressi: & non per se, sed Dei auxilio. Hug. Card. hic.

Pelamus 50. habet titulum in suum. Theodororus ex Graeco vertit ad villoriam, in quo maxime psalmo desset peccator; ideo aptus titulus ad villoriam: quia nulla major victo-

ria, ut illa, quam per poenitentiam obtinet homo a peccata. Sylveira Addit. in Matth. 1.

Expulsi me iunior mea. Cant. 5. 3. Etsi vocario peccatoris ad poenitentiam tam suavis fit, tuncque rationibus fulta, ut mox illi oporteret parere; non desunt tamen, qui renuunt: quorum nomine dicitur, expulsi me - idest, gratia, charitate, & virtutibus mihi concessis: exiti me tunica bonorum operum; quomodo induat illa? Lavi pedes meos, affluens rebus suavis; & mollibus; quomodo inquinabo illos? nolo eos iterum fordidis, & auferis; poenitentiae operibus inquinari. De Ponte hic Exh. 10. §. 1.

Va, qui trahitis iniquitatem in iunioribus vanitatis. If. 5. 18. Peccatum vocat vanitatem: quia, ut ait S. Hieron. facientibus peccatum facile textitur; & adco inane in se est, ac futile, ut araneorum tela; sed, cum inde exire voluerimus, solidissimis vinculis necsimur. Peccata ergo sunt funes. 1. quia sunt ex filis, idest, ex rebus; & voluptatibus vanissimis, & levissimis: 2. quia distorta sunt, ut fines, 3. quia invicem connexa. Chaldeus vertit: va qui incipitis paulatim peccata angustare, ut crescant, & fortia fiant, ne vinculum laxaverit. Cornelius hic.

Descendit itaque in canem. Jer. 38. 6. Quis non putasset aeternum de Jeremia, cum communi regis, & principum, consensu in lacum projectus est? at Deus ei assuit, ut promiserat c. 1. Jeremias gerit personam peccatoris, qui in lacum peccati lapsus est, & ex eo resurgere nequit; sed extrahendus est. Cornelius hic.

Aquila grandis magnarum alarum. Ezech. 17. 3. Sub diversis figuris proponitur Nabuchodonosor: nam etiam Dan. 4. 30. sanum ut bos comedit. Si aquila, cur & bos? Dicitur aquila a rapacitate. Venit ad Libanum, idest, Jerosolymam; ut explicat Hieronymus. Rupert. Hugo. Carthus. diripiens facra vasa. Species vero bovis in eo committit, cum pro superbia sua ad poenitentiam adducitur. Ad hominis genium ad malum: ad rapinas, ut aquilam; ad poenitentiam tardigradam bovem. Sylveira addit. in Matth. 4. q. 2.

Ex Novo, & Patribus.

Teigit eum, dicens. Matth. 8. 3. Lepra corporis vel levi tactu divina manus fugatur: non sic maculae animae; egerit ferro, & igne. Recedunt iussu Domini Tepe morbi e corpore; sine cooperatione hominis non sic morbi animae. Ut If. 6. 6. Os purum redderetur, quid opus? qui labor? accipit unus de Seraphim, & forcepe tulit prunam de altari. Baeza tom. 2. l. 9. c. 4.

Et ecce terrae motus factus est magnus. Matth. 28. 4. ut homo caderet a felici statu, serpens invitatur, paradisi allicit, populum lenocinatur; aura, tellus & omnia, se plicida exhibent aperit: ut verò homo resurgat a sepulchro, magnus sit terrae motus, multae difficultates. Sylveira hic q. 9.

Erant effugientes ammonium. Luc. 11. 14. Graves auctoritas hoc ajunt denotare aliqualem moram, Diabolus, & vitium, momento ingreditur, cum mora, & aegre effugitur. Sylveira hic q. 1.

Facilis invenit, qui innocentiam servavit; quam quicongruè egerint poenitentiam. Sanct. Ambros. l. 2. de poenitent. cap. 10.

Melius est, peccatum cavere, quam emendare: facillius enim resistimus hosti, a quo nondum victi sumus; quam ei, a quo jam superati, ac devicti agnoscimur. S. Idorus lib. 2. sent. c. 23.

Infrima ad bonum est humana natura, postquam semel per visositatem enervata est: non enim ita facili a malo rursus ad bonum homo convertitur: ut a bono ad malum accessit. S. Gregor. Nyf. or. 5. in or. Dom.

Difficilis prolix res, & soli divinae virtuti possibilis; susceptum semel peccati jugum a cervicibus excutere. S. Bernardus l. de triplici miseria &c.

Quanto gradus altior, tanto casus deterior. Hinc est enim, quod multo difficilior renouatur ad vitam ad unius criminis lapsu quilibet Christianus, quam quocumque infidelis, quotlibet criminibus obnoxius. Rich. a S. Vict. l. de Verbo Incarn. c. 14.

Divinam potentiam evidentiis nihil manifestat, quam justificare impium. Ista l. 3. de contempt. c. 1.

Quilibet adus peccati aliquid admittit de fortitudine, & habitate ad bonum. S. Bonav. in Thr. 1. 4.

S. XXVII.

Peccator est brevioris vitae.

Impius, antequam dies ejus impleantur, peribit. Job 15. 32. Et c. 22. 16. iniqui sublati sunt ante tempus suum. Quomodo facti sunt in desolationem? subito deservunt; perierunt propter iniquitatem suam. Psalm. 72. 19. Morte subitanea Pharaon, Israelitae cupientes carnes; terrae promissae detra-

Peccator respiciens alios peccatores.

hentes. Ipsa vita mortem accelerant gula, libidine, maledicentia ab inimicis, cura ambitionis, Segnerii, i. d. e. Cineris. Anni impiorum brevisabatur, Prov. 10. 27. Nolite fidere: licet enim mortem videatis infidentem equo strigolo, pallido, macilento, ut Joannes vidit, Apoc. 6. 8. armata tamen venit calcibus; quibus sonipidem suum ad velocissimum cursum stimulat. Stimulus mortis peccatum, 1. Cor. 15. 56.

Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius; sed quasi umbra transiunt, qui non timeat faciem Domini, Ecl. 8. 13. Quod ait, non prolongabit diem in umbra, ita intellige: peccator diu non erit in vita, quia videlicet totum tempus vitæ suæ, quantumvis longum sit, non reputabit esse umbram; sed sollicito studio sibi comparare studuit, quæ fluxa, & temporaria sunt; tamquam essent perpetuo duratura. Olympiodorus hic.

Ecce ego adiciam super dies tuos quinquaginta annos. Il. 38. 5. Sicut Deus Ezechia ob pietatem adiecit quinddecim annos vitæ; ita eisdem impiis rebus dimittit, & demit. Ita Anastasius Imp. ait Zonaras, vidit virum terribilem cum libro, qui ei dicebat: ecce ob perveritatem fidei tuæ, annos quatuordecim vitæ deleo. Cumque oraculo didicisset, sibi igne percipiendum; cisternam multis meatus in palatio aperuit; ut ea ignem, si intrugeret, reslingeret. Sed frustra: nam igne ecclesiæ, puta fulmine, est ictus, Cornelius hic.

S. XXVIII.

Dubium magnum, an peccator recepturum sit gratiam.

Dimitte corpus, & non revertetur, Gen. 8. 7. Corvus avis tenebrosa, imago peccatoris, uti Tertull. Augul. Ambros. Clem. Alexandrinus. Multi peccatores non revertuntur ad arcem quodammodoque invitati. Incerto Auth. Corvus dimissus, & non reversus, figuram peccatoris tenet ad regnum Dei non revertentis. V. B. d. hic.

Mulier quæ plorat: quia vulnera Domini meum, & meo, ubi posuerunt eum. Joan. 20. 13. Cum Deus nobis per peccatum auferret, & semetipsum timentum; id quod ignoremus, an non æternum ablatum sit. Hæc in Magdalena justi planctus causa: non solum, quod ablatus sit; sed quod ignoret, ubi positus; an eum sit receptura? Divini spiritus mores hi sunt: Joan. 3. & Spiritus, ubi voluit, spirat, sed nescit, unde veniat, aut quo vadit. Nescis, unde veniat? an ab auctore amoris? an Aquilone odii? an misericordiam, an justitiam, tibi præstiturum. Nescis, & quod vadit? an ad tam parvam viciniam, ut reversurus sit? an tam longè à te recedat, nunquam ad te denudò reversurus? sapientissime monet Gregor. Naz. or. in S. baptisma, perpendens reusitatum Lazari: cave, ne rursus exoriat, funibusque peccatorum constringaris: incertum est enim, an rursus ad vitam excitandus sis. q. d. cave, iterum peccatis vitalem spiritum Christi abigere: incertum est enim, an in te rediturus sit per sanctam cogitationem; fors in æternum te derelinquet. Pante vobis ob oculos fallax illud consilium, quo nixit Sampson, misere in manus hostium devenit. Judic. 16. 20. qui, Dillile lenocinis captus, in ejus gremio, a somno, & laqueis, securè semel, & bis, & ter se dedit; & toties incubante criminibus sui spiritus, a somno, & laqueis, se facile expediebat. Factum tandem est, quod dum iterum fallaci gremio se dormituro committeret, ejus crines abradentur. Tunc inimicorum clangore excitatus a somno confurgens dicebat in animo suo: egrediar, sicut ante fact, & me excitavit; ne veni, quod recessisset ab te Dominus. O communis hominum perditio! ed, quod aliquoties se a laqueis mortis liberaverint, dante Domino; non dubitant iterum illaqueari: nescientes, quod Dominus recessisset; & an vestit iterum reverti. Bæza t. 1. l. 5. c. 2. §. 3.

S. XXIX.

Peccatori nec sacra loca profunt; ejusdem varia pericula.

ET arca Dei capta est. 1. Reg. 4. 11. Arca spoliata sunt: ut intelligant peccatores, nullum sibi fore, etiam in sacris locis, contra Dei iram, munimen. Jer. 12. 7. reliqui domum meam, dimisit hereditatem meam. Levit. 10. 2. Nadab, & Abiu, in sacris locis interfecerunt. Num. 16. 31. Chore, cum seditione, ante tabernaculum igne perit. 1. Reg. 4. 18. Heli Sacerdos in loco sancto factis cervicibus expirat. 1. Reg. 6. 19. Bethsames in conspectu arce damnatur. Mendoza in 1. Reg. 4. 11. O quam horretet homo serpentem habere in ventre! & terræ peccatoris est, unum peccatum in corde, quam mille serpentes in corpore. S. Bonaventura f. 4. D. 3. Quod.

Qui diu male vivendo, usque ad extremum vitæ sine penitentia perseverant; tales duodecim pericula digno Dei iudicio, incurunt: ex quibus difficillimum, & quasi impossibile est, animam evadere cum salute. S. Bernardus t. 1. l. 13.

tis, virulentisem succis corrupens &c. Cassianus de coenob. Instit. l. 5. c. 21. Peccati perpetratore est sicut extinctio lucerne: lucet enim peccator, antequam peccet, salutaris cognitione, & vitali ardore, seu vivifica dilectione altissimi Conditoris. S. Bernardus t. 2. l. 12.

S. XXXII.

Peccator etiam aliis noxius.

Ex Veteri.

Spinæ, & tribulos, germinabit tibi. Gen. 3. 18. Post violatum mandatum spina quoque, juxta Domini sententiam, è terra enata, atque amenitati rosæ conjuncta est: nimirum ut contempti præcepti nobis memoriam refricaret: & quod terra hæc poena multata est, ut spinas, & tribulos, nobis proferre necesse habeat. S. Joan. Damasc. l. 2. orth. fid. cap. 10. Rosi illo tempore sine spina sunt: nam postea pulchritudini ejus adjuncta est: ut esset videlicet voluptati sollicitudo contigua, reminentibus nobis peccatum; cujus gratia dumos, & vepres, generare terra damnata est. S. Basilii Cesar. l. 5. hexam. Propter unum malum multi boni patiuntur. Quare volatilia, nautarique, quæ quinta die plasmata sunt, benedictione donantur: non autem terrestria animantia, quæ sexta die à Responder Strabus, ideo forte, quia inter ea erat serpens. Novarianus Agn. Euch. Ex peccato rosæ fol, & luna, perdidit multum de claritate. S. Vinc. Ferr. l. 6. D. 1. ad.

Dilectio hominum, quem creavi; & facie terra, Gen. 6. 7. Tullius dolore cordis hoc dixit. Sed cur à Deo repella, & volatilia, cum homine peccante pariter delentur, aquatilibus illius? Lyran. quia peccata hominum non fuerunt facta in aquis; unde nullam contagionem contraxerunt. Creaturæ insensibiles, dum peccatoribus serviunt, præ nas peccatorum participant. Mendoza in 1. Reg. 15.

Sicut paradisus Domini. Gen. 13. 10. Annot. 21. Illa terra, quæ ante erat sicut paradisus Domini, postea horrida, ut infernus facta est. Id. ibi.

Ursuaverunt ut anathemat. Jos. 7. 1. id est, de soplis Jericuntinis; quæ anathemati; id est, excidio, & incendio, à Deo erat addicta. Nota: unus Achan id fecerat; illius tamen unus peccatum toti corpori tribuitur. Ut ostendatur, quam Deo res exosa, & invisita, sit peccatum: ut pote quod, ab uno admittitur, tam multos iræ, & vindictæ divinæ; subjecerit. Cornelius hic.

S. XXXI.

Peccator insecti sibi gravissima damna.

Abscidit se. Gen. 3. 8. Nota quinque peccati effectus, primis aperti sunt oculi. 2. Nuditatis, 3. pudor, 4. d. vermis coherens, 5. metus divini iudicii. Cornelius hic.

Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Pf. 20. 6. Qui in uno peccato, multa bona perdet. Ecl. 9. 18. Hebr. peccator unus multa bona perdit. Arab. cum peccaverit unus, perbit bonum plurimum. Greg. Thaum. Sulicitia unus? Alii sic exponunt: parvus error in principio, nisi statim corrigatur, in multos deducit, juxta illud: clavis unus perdit tribus solem, sola equum, equus equitem; quæ castra, castra Republicam. Adam unus homo uno inobedientia peccato totam posteritatem perdidit. Achan tota castra Israh. Jos. 7. 13. Stulta duritia unus Roboam perdidit decem tribus. 1. Reg. 12. 14. 20. Cornelius hic. Unus, quicumque sine demum sit, dum se peccati forde commaculat; & bona corrumpit, quæ sibi ex acquisitis virtutibus insidebant: & multos etiam malo exemplo ad imitationem inducit. Olympiodorus libidem.

Quid si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Matth. 5. 29. Genuine hæc metaphora petita est à Chirurgo. q. d. sicut læsi, & ægri, curant; ut chirurgus membrum etiam nobilissimum, & summe necessarium, quale est oculus dexter, & manus, excidat; si inde pendat totius corporis salus; ita & vos, o Fideles mei, moneo; ut quodvis damnatum prius subeat, quam culpam, præsertim lethalem, committatis: ut scilicet, quidquid vobis est offendiculo, trahique ad peccatum; licet tam charum sit, & necessarium, quam dextra manus vel dexter oculus; id plane resecetis, quantumvis doloris, & incohmodi, vobis inferat. Cornelius hic.

Joannem ego decollavi. Luc. 9. 9. Joannes est vir justus, in quo est gratia: caput ejus est Christus. Joannes ergo decollatur, quando mortale peccatum perpetratur; per quo Christus amittitur. Hugo Card. hic.

Habens pavulum aureum in manu sua plenum abominatione. Apoc. 17. 4. Quicumque enim per pulchritudinem, & delectationem, creaturam alliciat ad peccatum; quasi de auro bibi venenum. S. Bonav. f. 2. d. 3. Pent.

Damoniacus rex Saul furiosum peccati regnum, David autem pacatum iustitiae regnum significat. In singulis hominibus; quamdiu non liberatur gratia Christi, peccatum regnat; & tamquam furiosus fessor equum subactum calcibus urget, flagellis dverberat. S. Rupertus in 1. Reg. 21.

Habet & anima suos noxios cibos; quibus impinguita, etiam sine escam abundantia, ad luxuriam prærupta devolvitur. Detractio cibis ejus est; & quidem persuasiva. Ira etiam cibis ejus est, licet minime lenis. Invidia cibis est mentis,

fugientem à facie Domini, erat in periculo; sic & ista propter præsentiam proditoris. S. Bonav. hic. Pater, peccavi in cadum, & coram te. Luc. 15. 3. r. q. d. delinquens omnibus exitibus extitit: coeli influxus turbavi, excitavi pestem; & in cœlum peccans in omnes peccavi. Eicobar tr. 3. Coll. Chr. l. 8. f. 1. obf. 1.

TITULUS XIV.

PECCATORIS MALITIA.

S. I.

Peccator injurius in Deum, inhumanus.

Ex Veteri.

Votum tuum audivi. Gen. 3. 10. Adam inurbanus. Similiter Eva Gen. 2. 23. Serpens decipit me. Cain Gen. 4. 9. Nescio; num castus frateris mei sum? Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 10. sect. 4.

Adam ubi est? Ib. Quid Adam? vocem tuam. & timui. Nota discrimen: Deus hominem vel culpa ingnobilem compellat humanissime, & proprio vocabulo onorat: Adam ubi est? Adam è pulvere ad fumum repente dignitate evectus, Deo, non præmissa titulo honoris, respondet. Audivi vocem tuam, Adverit Lippomanus; aliter piissimus Pater; non durus alloquitur; sed vocat brevi verbo: Adam ubi est? Ad jam coram Domino peccator, sine honoris præfatione, & cognomine, sine digno epitheto, Deum alloquitur. Naxera in Jos. 5. S. 25.

Tullius dolore cordis intrinsecus. Gen. 6. 6. Deus tristari dicitur super peccatoribus, quando eorum scelera avertat, atque punire destinat. Cornelius in Il. 9. 17. Hinc Apostolus ait Eph. 4. 30. nolite contristare Spiritum Sanctum.

Panisset me fecisse eos. Gen. 6. 7. Si tristis agricola ingemiscat, caput fricat, & dicat: urinam meum semen possem recipere! pœnitet me, quod vel unicum granulum huic agro infemaverim! expectati fructoris nihil recipio. Hæc penitendo fati ostendit, agrum sterilem votis non respondere; aut certam stantem, lætamque fegetem grandine jugulatum. Deus hunc Mundum velut agrum conservit: creperunt homines invidiosari super terram. Cùm autem expectaret messis; ager hic urticis, & spinis, obtusis solam vitiorum uberitatem exhibuit. Hic moestus agricola negatis fructibus ingemiscens; panitet me, inquit, & facti feminis, & opere consumptæ in sterilitissimum hunc agrum. Drexelius Opusc. 6. Noe c. 4.

Filius Israhel, filius Belial, nescientes Dominum. 1. Reg. 1. 12. Duplex Dei notitia, practica, & speculativa. Priori cruerunt: nam, ut Orig. ait ho. i. in lib. Judic. erant nescientes Dominum; non quod ignorarent Dominum, qui utique & Doctores erant cætorum: sed quia sic agebant, ut agere illi, qui nesciunt Dominum. Of. 4. 1. non est scientia Dei in terra. Chald. non sunt, qui ambulavit in timore Dei, in terra. Mendoza in 1. Reg. 21.

Contra omnipotentem robustatus est. Job 15. 25. Scelerati odere divinam potentiam. Agnoscite Dei potentiam cum timore, & tremore; & unanimum peccatoris temeritatem; qui audet se Deo opponere. Segneri ferm. 5. die Lunæ Dom. 1. Quadr.

Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum. Pf. 49. 22. O negligentia non ferenda! oblivisci Deum, qui animam dedit, carne pascite, & Fideles ab omni adversitate custodit. Amentia est certe; illius memoria carere, quem præsentem semper constat exillere. Sed qui obliviscuntur Deum? nisi qui præcepta ipsius iniqua presumptione contemnunt. Cassiodorus hic.

Servire me fecisti in peccatis tuis. Il. 43. 24. Peccator quasi cogit Deum servire, id est, obsequi, & concursu suo generali cooperari suis concupiscentiis, & peccatis. Rursum laborat, & quasi servit, Deus in tot, tantisque hominum peccatis, tum sufferendis, tum corrigendis: multi enim peccatis suis patientia Dei, quotidie fatigant. Cornelius Hierogl. hic. Servire me fecisti. Id est, non ego te mihi in victimis servire feci: sed tu me servire fecisti: hoc est, peccatis tuis me gravasti, molestia afficisti; & quasi servus tuus essem, aut mancipium, onerasti. Id. hic.

Vos estis onus Domini. Jer. 23. 33. Addit Lyran. onus importabile, propter peccatorum vestrorum pondus. Quis proinde dicit Dominus? proiciam quippe vos; proiciam vos sicut importabile onus. Did. Nyss. f. 2. D. 2. Quadr. §. 4.

Vades, sume tibi uxorem fornicationem. Of. 1. 2. Recedere à Creatore, & servare creaturæ, fornicari est. Pf. 72. 27. pœdidiisti omnes, qui fornicantur ab te. S. Rupertus de oper. Spir. S. hic. Perverta est dilectio animæ fornicantis à Deo, diligens rem Dei, neglecto Deo. Id. in Of. 9.

Peccate Analeæ O demeliva universa. 1. Reg. 15. 3. &c. Percuti jubetur Amalec, in exemplum divinæ justitiæ; quæ, sine ulla personarum acceptioe, dignatur discrimine plecti; & severe, etiam res insensibiles, & inanimes, quæ ullum peccatoribus auxilium ad peccatum præbuerunt. Mendoza in 1. Reg. 15. Annot. 21.

Idcirco, quo mortuus est rex Ozia, vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Il. 6. 1. Cur Isaias mortui Ozie tempore vulgari; Vult exprinere populi commoda, quæ ex Ozie morte profuxere. Vivente rege, peccante leproso, & non extra urbem exposito, cœlum omnibus clauderet; Deus nulli Prophetae apparet, Verbi Dei famis inalefuit: quia unus delictum omnibus erat exitium. Rex moritur, & cum ipis peccata sepeliuntur: Deus statim Prophetas excitat &c. Eicobar tr. 3. Coll. Ch. l. 8. sect. 1. Obf. 1.

Liberabo lanam meam, & lincum meum. Of. 2. 9. Creaturæ, dum flo sine, ad quem conditæ sunt, privantur; imò contra Deum assuntur ad superbiam, & luxum; naturaliter idipsum avertantur, captivantur, & vim patiuntur. ac res ipsa dolent, gemerent, & de injuria protestarentur; si sensum haberent. Deus ergo creaturas, sic generentes sub hac servitute, liberat; dum impiis eas aufert, & piis eas tradit. Cornelius hic.

Et timerunt viri timore magno. Joan. 1. 10. Timebant, nè & ipsi quasi receptatores Jonæ, cum eo pariter à Deo comprehenderent, ac punirentur. Nam Deus subinde etiam in populo innoxio peccata aliquorum occulta punit: ut furtum occultum Achan punivit in toto populo Hebræorum infcio, & innoxio; permittens eum cœdi à Chananeis: quia Anathema in medio tui est Israhel. Jos. 7. 13. ita S. Hieron. apud Cornelium hic.

Ex Novo.

Ne forte celligentis zizaniam, eradicatis simul & triticum. Matth. 13. 29. Cur patrifamilias tritico timet? quia, cùm zizaniam fupplicio afficiuntur, necesse erat etiam socium tritico pati. Eicobar t. 1. Mir. Chr. l. 4. sect. 2. obf. 10.

Ascendens in unam navim, quæ erat Simonis. Luc. 5. 3. Non turbatur illa, quæ Petrum habet: turbatur illa, quæ Judam habet. Est multa illic Discipulorum metia navigabant; tamen ea adhuc perfida proditoris agitabat. Caveamus igitur perfidum; caveamus proditorem; nè per unum plurimi fluctuemus. S. Ambros. hic.

Precepto perimus. Luc. 8. 24. Sicut navis illa, propter Jonam R. P. Spanner Poly. Tom. 11.